



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Aequiuocatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

à viris, secus si à muliere adhiberi possit. Turrian. & alij. *ibid. ref. 138.*

*Æquiuocatio.*

**P**Otest aliquis ex iustâ causâ absque mendacio aliqua verba vsurpare, etiam si ex sua significatione nō sint ambigua, & in alium sensum detorquere, aliquo addito mente proferentis retento. Sic qui aliqua bona abscondit sibi necessaria, ne à creditore capiuntur, & sic cogatur mendicare, potest interrogatus à Iudice iurare se nulla habere abscondita, subintelligēdo, quæ manifestare teneatur. Item potest Confessarius proferre verba absolutionis absque intentione, ad fugiendam mortem sibi à pœnitente intentatam, ni absoluat. Item potest quis iurare latroni daturum se pecunias absque intentione dādi, vtendo hac retentione mentali: *dabo si tenear.* Item adultera rogata à marito an adulterium admiserit, potest negare, concipiendo mente alium diem ab eo quo illud admisit. Item veniens ex loco qui falsò creditur peste infectus, rogatus potest iurare se inde non venire, subintelligendo tamquam ex loco pestilenti; velet si veniat ex loco pestilenti, quan-

quan-



quando certò credit, nec se, nec aliquid suum peste infectum, potest enim intelligere, se inde non venire ita vt aliquid mali ibi contraxerit, &c. Eiusmodi autem æquiocationibus vt, addito etiam iuramento absque causâ, non est peccatum mortale; quia huic iuramento deest sola discretio, seu iudicium, modò ne id fiat in fraudem tertij, aut in iudicio, dum Iudex iuridicè interrogat. Sanchez & alij. p. 3. tr. 6. ref. 30.

*Aqua lustralis.*

**A**qua lustralis, seu benedicta, ex opere operato delet peccata venialia. Bellarmin. & alij 8 p. 3 tr. 4 ref. 61.

*Articulus mortis.*

**1** **Q**uæ opinio fuit probabilis in vitâ, est etiam talis in articulo mortis: quia inter opiniones in conscientiâ securas, vna non est securior alterâ quoad impeccabilitatē: neque enim maior potest dari securitas, quàm non peccare, quod sequitur ex quavis opinione probabili. Saneius p. 2. tr. 13. ref. 9.

**2** Infirmus in articulo mortis positus, non tenetur in rigore, & ex præcepto elicere actum contritionis de omnibus